



bage, et tandem aperte id fecit, ne maiori, quam iustum esset, perturbatione adficeretur? Fecisset vero, nisi cum tristi eoque polito exule egisset. Temerene nec caute consilium profert? Id quidem de Horatio omnis verae urbanitatis exemplo expectari non potest. Sapiencia itaque vatis boni cum summa urbanitate coniuncta ex eo maxime elucet, quod Plancum eleganter, praeterque opinionem in mediam rem ducit, villaque Tiburtina prae Mytilene Rhodoque, aliorum exulum domiciliis, laudatis, reliqua ita exposuit, ut callidus atque eruditus Plancus Horatii mentem facili coniectura adsequi posset.

*Laudabunt alii clavam Rhodon aut Mytilenarum*

Eleganter poeta Rhodon et Mytilenen Epheso, Corintho, Thebis, Delphis praenittit, atque in carminis initio ponit, propterea quod ante Munatium exules in eas vrbes iam confugerant. Neque tamen diu moratur in longiore urbium illarum descriptione, ne per illam, quam procul quasi ostendit, notionem migrandi odiosam, ad Planci moerorem accessionem fieri iubeat. Sed in vocab. *clarus* paulum nobis insistere liceat. Fuerunt enim neque desunt adhuc, qui *clavam Rhodon* idem esse velint ac *celebrem, illustrem Rhodon, das berühmte Rhodus*. At hic ab interpretatione virorum alioqui laude mea superiorum discessionem facere mihi liceat. Quodsi enim epitheta reliquis urbibus adiecta consideremus, poetam deinde hominem elegantissimo ingenio praeditum et doctrina liberali politum perpendamus; longe aliam atque augustiorem virtutem huic vocabulo subiiciendam arbitramur. Reliqua enim epitheta vel situm siue naturam urbium exprimunt, vel ad fabulosam earum antiquitatem adludunt. Sic *bimaris*, quamvis audacter sit dictum et ad Graecum ἀμφιθαλάσσιος expressum, situm Corinthi intra Sinum *Crissaeum* et Sinum *Savomicum* positae describit. Sic Baccho Thebas et Delphos Apollini *sacras*